prædicto modo omnibus ac ſingulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, honoribus, exemptionibus, & libertatibus uti, frui, potiri & gaudere poßitis ac valeatis, quibus cæteri Sacri Lateranenſis Palatii Comites hactenus uſi & potiti ſunt, ſeu quomodolibet, utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, conſuetudine vel de jure.

PRÆTEREA tibi prænominato GEORGIO OBRECHTO, & poſt obitum tuum filio tuo JOHANNI THOMÆ OBRECHTO, ſcientia, motu & authoritate, quibus ſupra clementer indulgemus, ut poßitis & valeatis Doctores, Licentiatos, & Baccalaureos in utroque jure:

Ma-